Fragmentarium

qui cadamus difficiliter et vix extorquentibus nobis. Et
Nemo autem sic libenter debet quod non libenter accepit si extortum
sit. Forte enim modo beneficium delectum quo datum. Et
ideo non est nec tarde dandum sed cum omni liberalitatis
officio, quia magis extimatur dantis voluntas. Qui
tarde dedit diu noluit. Deinde beneficia non feneremur.
Dignus est decipi qui de recipiendo cogitavit cum
dedit. Hic et bonam facit ingratorum causam cum autem turpe
erat non reddere. Magni animi proprium est non fructum
beneficiorum sed ipsius beneficii delectum. In hoc enim deo
talis animi comparatur qui immeritis hominibus suas
beneficium tribuit. Non est virtutis dare et recipere
sed virtutis est sine expectatione retribuere. Adeo ei magis
ipsius exhibitionis delectatio pro fructu attenditur.
Et maluit beneficia non recipere quam non dare, quia
qui non dat ingratum vicium antecedit. Opus suum
semper vir bonus explet. Et alium re alium fide alium
gratia alium consilio adiuvat. Et ingratos interdum
gratos sua cura efficiet. Nullum tam immane
ferum est animal quod diligens cura non mitiget. Numquam
beneficium mali tangitur sed alio geritur. Non
res que tribuuntur aut accipiuntur sed ipsa tribuentis

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 a, Fol. 15r – Anthology of excerpts from L. Annaei Seneca and other theological texts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-za50/11341/82164)